



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Thronus Dei Maria Deipara

Spinelli, Pietro Antonio

Coloniæ Agrippinæ, 1696

Carthusianorum Ordo, ibid.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46853](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46853)

Natal. Arnol. Vovyr. Celebran. de Conce. pions Dei para reue. latio à S. Nicolao habita.

Bernar. epi. 174. ad Lugdunenses) legimus apud Petrum de Natalibus in Catalogo Sanctorum libr. 1. cap. 42. & apud Arnoldum Wyon libr. 5. Ligni vitæ c. 103. S. Nicolaum Episcopum mira claritate fulgentem Pontificali habitu de coratum à Dei genitrice ad hanc de festo Conceptionis revelationem faciendam, illosque à naufragio liberandos esse transmissam. ex quo S. Nicolai dum viueret singularem erga Virginem pietatem colligere possumus, quippe qui ad hoc munus obsecundum, quod ad Virginis gloriam sectabat, ab eadem sit delectus: nec mirum Pontificalibus, quæ sibi Deipara primum dederat, & deinde ablata restituerat, indurum in eisdem obsequium naufragantibus apparuisse.

S. MARTINUS EPISCOPUS.

S. Martini Toronensis. Episcopi. à B. Virgine. ab hisq. SS. Simeone. Severus Sulpitius.

S. Martinus Turonensis Episcopus in Deum religione, ac miraculis longè clarissimus ob suam egregiam in Virginem pietatem dignus à B. Virgine vitæ ejusdem, B. Virgo cum S. Tecla, & Agnete veniret, quod non eo tantum die, Severus Sulpitius aliquid coelitus illi accidisse animadvertens, fumis precibus ab eo id extorsit, sed frequenter Martinus se ab eis confessus est visitari.

S. GERARDUS EPISCOPUS IN HUNGARIA & martyr.

S. Gerardi Episcopi Canadensis & martyris. Deiparam pietatis. S. Stephani Hungaria Rex.

S. Gerardus Episcopus Canadensis in Pannonia & martyr, Deiparæ impense addictus Venetis parentibus ortus, puer monasticum institutum complexus, ad Christi Domini sepulchrum inuisendum proficiscitur: cum quæ in Pannoniam pervenisset, à S. Stephano Hungariæ Rege peramanter exceptus est. Is post aliquot annos in Eremito apud Hungaros sancte tractatos studio S. Stephani regis Episcopus consecratus in Ecclesia S. Georgij martyris, ad honorem Dei Genitricis aram erexit, ante quam thuribulum argenteum collocavit duosque profectæ ætatis homines adhibuit, qui jugiter vigilarent, atque operam darent, ne ulla unquam hora thymiana ibi deesset: singulis quoque sabbatis cum novem lectionibus, ut in festo Assumptionis, magnique laudem præconijs, devotionis suæ officium illic explebat. Cæteris autem diebus matu-

tinis, & vespertinis precibus absolutis, bis cum processione eo venire solebat; Reis Deiparæ nomine veniam petentibus facillè ignoscebat, ei auctore ab Hungaris nomen ipsum matris Dei non prononciatur; sed Domina vocatur quod si prononcietur illius nomen, statim flexis genibus, & demissis in terram capitibus se se inclinant, atque adeo Pannonia à sancto Rege suo Stephano Familia S. Mariæ est appellata. tandem martyrij palmam primum in Pannonia est consecutus anno 1042. cujus festum in martyrologio ascribitur die 24. Septemb. hæc ex ejus vita apud Surium tom. 5.

S. ANNO ARCHIEPISCOPVS COLONIENSIS.

S. Anno Archiepiscopi Colonien. S. Anno Archiepiscopi Colonien. S. Anno Archiepiscopi Colonien.

S. Anno Archiepiscopus Colonienfis, cuius dies in martyrol. 4 Decembr. recoli. tur ecclesiasticæ libertatis propugnator strenuus, migravit ad Dominum anno salutis 1075. de quo auctor ejus vitæ lib. 1. cap. 16. apud Surium tom. 6. Monasterium, inquit, quod dicitur ad gradus, in honorem sanctissimæ Dei genitricis Mariæ, factis fundamentis erexit, omnique varij deconsuelegantia pulchre distinctum consecravit prædij ad triginta Canonicorum sufficientiam copiosè de legatis, quos undique scientia, vita, vel moribus exquisitos illic adunarat. Ipse verò speciali devotione dilectæ sibi Domine totius inhærens cum ejus patrocinij Animum credidisset, etiâ sepulchrum in eodem sibi monasterio adhuc futurorum nefcius extruxit. hæc in ejus vita apud Surium.

CARTHUSIANORVM ORDO

In vita S. Brunonis Patres Carthusiani monestri per Virg. nom. libentis.

Cum Patres Carthusiani Religiosissimi evocato Romam S. Brunone eorum fundatore ab Urbano II. magna quadam reverentia, & pusillanimitate propter susceptæ vitæ austeritatem, & loci horrorem, ac vastitatem, nec non propter quorundam obtrectatorum eos deterrimentum linguas, exagitarentur, apparuit eis vir quidam venerabilis canonicus, crispo capillo, qui Dei nomine illis pollicitus est Deiparam eos in loco vno deserto conservaturam, si in eius honorem preces virginis horarias quotidie recitarent: cumque repente his dictis ab eorum oculis se subduxisset.

Illiuscredibili lætitiæ affecti Dei Genitricem patronam totius Carthusiani instituti sibi delegerunt, una cum S. Iohanne Baptista: hominem verò, qui illis apparuerat S. Petrum Apostolum fuisse existimaverunt. hæc ex vita S. Brunonis apud Surinmense mense Octobri.

Surinm.

S. EDMUNDVS CANTVARIENSIS
Archiepiscopus.

S. Edmundi Cantuariensis Episcopi erga Deiparæ deuotio

Sed mundus Cantuariensis Archiepiscopus, adolefcentis Dei Genitrici se commendans, coram ejus imagine castitatis votum nuncupauit, eamque sibi in sponsam delegit, atque annulum, in quo inscripta erat saluatio Angelica, digito ejus infixit: quo ex tempore in suis necessitatibus præsentissimam in ea expertus est opem. quin etiam annulo suo, cum quo post obitum, ut solent Pontifices, est sepultus insculpta fuit saluatio Angelica. In Prato quodam Oxoniæ cum se à sodalibus subduxisset, ne conscientie puritatem nugis puerilibus, vel ociosis sermonibus contaminaret, pueri

Pueri Iesu colloquio perfruitur

Jesu visione, ac colloquio est perfruitus, ex quo tempore in ejus passione meditando diu, nocteque versabatur: quotidie deuotè, ac reuerenter in honorem Deiparæ, & S. Ioan. Euang.

à S. Io. Euangelista monetur ne assuetas erga Deiparam preces omittat.

precem quandam, cujus initium est, O Intemerata, &c. recitabat cumque propter studiorum occupationem aliquando illius dicendæ oblitus esset, proxima nocte à S. Iohanne, qui ferula lectum immanem ei prius minitari videbatur, mox blande admonetur, ne unquam precationem illam omitteret. Is cum artium magister publicè eas disciplinas profiteretur, Missæ factum audire, & preces canonicas quotidie recitare solebat; discipulisque suis persuasit, ut cum eo missæ sacrificio interessent. in Paræcia, in qua degebat, sacellum in Deiparæ honorem, quam singulari amore colebat, construendum curauit; cumque sacræ Theologiæ operam daret, beatissimæ Virginis imaginem eburneam coram se habebat, in cujus circuitu depictum erat nostræ redemptionis mysterium, ut cum lectione preces ad Deiparam conjungeret: Sacerdotio initiatus quotidie cum honoris canonicis horas sancti Spiritus, & Deiparæ persoluebat; quibus officium defunctorum adjuungere consueuit. tandem Cantuariensis Episcopus à Gregor. IX. inuitus creatur, in quo multa molesta à Rege, & Regni Proceribus pro ecclesiastica libertate

tuenda perpeffus, demum miraculis clarus excessit à vita, die 16. Nouembr. anno salutis 1240.

S. BERNARDVS.

Sanctus Bernardus ex Deiparæ uberibus, ejus singulari amoris significatione, sacratissimum lac fuisse dicitur, unde miram illam haussisse creditur, quam in omnibus à se editis libris, sed in ijs præsertim, in quibus de virgine sanctissima loquitur, manat cum pietate dulcedinem; cujus melliflua dicta crebro in hoc opere allegauimus. Is eximiam, quam erga Virginem gerebat pietatem, in suis scriptis abunde omnibus testatam reliquit, alijque eandem pietatem vehementer commendat. In sermone enim de Aquæductu: *Filioli hæc, inquit, peccatorum scala, hæc mea maxima fiducia est, hæc tota ratio spei meæ.* Nec pro se solum Bernardus, sed & pro alijs Deiparam inuocare solitos erat, ut videre est in sermone. 2. Domini. post Epiphaniam. *Quoties mihi, necesse est fratres, post lacrymosas querimonias vestras, exorare matrem misericordiam, ut suggerat suo benignissimo filio, quoniam vinum non habeo: & ipsa, dico vobis charissimi, si præ à nobis pulsata fuerit non deerit necessitati nostræ, quoniam misericors est, & mater misericordia.* Ad hanc pietatem suos sæpè ita hortatur in hom. 2. *uper missus est: In periculis, in angustijs, in rebus dubijs Mariam cogita, Mariam inuoca: Non recedat ab ore, non recedat à corde, & ut impetres ejus orationis suffragium, non deseras conuersationis exemplum.* & sermone citato de Aquæductu in Natuiuit. Virg. *Totus medullis cordium, totis iracundiorum affectibus, & votis omnibus Mariam hanc veneremur, quia sic est voluntas ejus, qui totum nos habere voluit per Mariam.* & in fine ejusdem sermonis: *Quicquid illud est, quod offerre parat, Maria commendare memento, ut eodem aluo ad largitorem gratia gratia redeat, quo influxit.* Hæc pauca de multis, quæ Bernardus hac de re plene ore pronuntiare solet: nec mirum, cum in multis Deiparæ benignitatem in se expertus fuerit. Illud non prætermittam, quod Willelmus Abbas S. Theodorici B. Bernardo admodum familiaris in vita ejusdem, (quam eo viuente scribere cœpit) lib. 1. cap. 12. narrat his ferè verbis: *Cum aliquando Bernardus agrotaret ad mortem, & magnè dolo-*

S. Bernardus erga Virginem pietate singulari.

S. D. eius Virg. sing. pietate acc. Surin. Chr. Don. Salu. nem. lic. rec. Ros. ant.

S. Bernardus à B. Virgine sancti re. ref. Vna. S. Bernard.